



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 13. Lipsiensis pugna Cæsareis infausta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. initium. Tum vero Saxonix Elector  
 A. C. 1631. haud ultra cunctandum ratus, ad Re-  
 gis Suecix societatem transit. Gusta-  
 vus vero tertia post die occasionem  
 hanc diu desideratam avide amplexa-  
 tus, trajecto Albi flumine exercitum  
 suum cum Saxonibus & Brandenburgicis  
 conjunxit.

## §. XIII.

*Lipsiensis pugna Cæsareis infausa*

*Barre Hist. d'Alem. t. 9. pag. 611. Privat. Ab-regé de l'hist. l. 4. cap. 21.* Positis igitur juxta Dibenam castris inter Suecix Regem & Electores de belli ratione deliberatur, ubi Saxonix Elector reclamante licet Gustavo, decreta mox pugna Tillium e Saxonia expellendum pronuntiabat. Die igitur decima sexta Septembris ambo Principes instructa acie in Tillium movere, hic vero intra castra sat munita hostium incursus præstolari decreverat, suadente tamen Papenheimio aciem altero a castris Lipsiensibus lapide infruxit, suisque militibus denuo in belli thesseram sanctissima nomina Jesus & Mariæ dedit: Altera die hostis adventum denuntiant exploratores, quo comperto Tillius Papenheimio importunius petenti concessit, ut cum duobus suorum millibus exploratum excurreret, ea tamen cautella, ne eo-  
 usque



usque progredere, unde sine prælio Sæc. XVII.  
 sese eripere haud posset, sin vero, cladem suo capite luiturus. Attamen hic A.C. 1631.  
 periculi contemptu incautius, longiusque abreptus, & propemodum vincere præfessinus, alia duo equitum millia sibi submitti petit, & accipit, eum tamen a tota prope hostium acie circumventum esse, paulopost nuntiatur, unde Tillius, ne ipsa castra ab hoste invaderentur, veritus, invitus licet, exercitum suum in aciem ducit, primoque impetu in Saxones irruit, fusoque confestim Equitatu pedites in fugam agit. jam tum penes Cæsareos victoriæ summa stetit, nisi Croatæ, ac Tilliani Equites improvida prorsus audacia in fugientium terga effusi, lævam aciem nimium debilitassent: quo conspecto mox Saxonum residui unicum Suecis fuso Cæsareorum Equitatu in Tillianas legiones invicta adhuc virtute dimicantes a fronte simul & a tergo tota mole incubuere. Tum vero diuturnum & pertinax utrinque erat certamen, sique Tillianæ virtuti suus per omnia successus collusisset, fugato jam Suecico Equitatu hostis palmam denuo Cæsareis concedere fuisset coactus: dum vero Hornius adducto recenti milite certamen instauraverat, turbato prælii ordine Tilliana acies  
 D d 3 undi-



Sæc. XVII. undique tum a belli tormentis, tum a  
A. C. 1631 circumfusis agminibus petita, laxatis  
 ordinibus pedem retulit, ceteris aut  
 fuga dilapsis, aut ab insequente Sueco  
 trucidatis. Cæsa sunt utrinque novem  
 ferme millia, Suecorum non multi, Sa-  
 xonum vero & Cæsareorum ingens  
 strages exstitit. Cecidere ex Catholi-  
 cis Adolphus Holsatiæ Dux, Schön-  
 burgius, Blancartus, pluresque alii  
 Tribuni ac Centuriones, omnia illacri-  
 mata suis capita. Ex Saxonibus cecide-  
 re Bintauffius, Læserius & Starche-  
 dius: ex Suedicis Teufelius, Hallius,  
 Calenbachius, Damitius, aliique post  
 conflictum ex vulneribus confecti. Capta  
 belli tormenta viginti septem, vexilla  
 supra centum, cunctique currus atque  
 impedimenta. Tilius, qui toto con-  
 flictu militis simul & Ducis partes fire-  
 nue obibat, a Friderico Langio cen-  
 turione agnitus, graviterque vulnera-  
 tus in captivitatem fuisset abductus,  
 nisi occiso invasore suo, a Lauenbur-  
 gico Duce periculo ereptus, Halam  
 aufugisset. Hæc ipsa clades longam  
 victoriarum seriem una die interrupit,  
 induxitque Catholicis & Imperio lon-  
 gam alternantium malorum calamita-  
 tatem.